DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Schenkungsbestätigung Abtei St. Georgenberg Seelsoge Vomp-Schwaz und Achental

Pfarrarchiv Vomp

1141

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7358.A1

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-49246

Visual Library

In Nomine Sanctæ, et Indiuiduæ Trinitatis Hartmannus
oculta Dei diſpoſitione Brixinenſis Epiſcopus. Omnibus
Chriſti fidelibus tam futuris, quam præſentibus notum
fieri volumus, qualiter vir venerabilis Eberhardus
Abbas de Monte Sti: Georgij noſtram adiens humilitatem
humiliter petiit, ut Parochiam Vomp et Suaz, quam
anteceſſor noſter felicis memoriæ Reinpertus Epiſco:
pus sibi regendam conceſſerat, nos quoque concederemus.
Nos igitur intuentes magnam eiuſdem Abbatis Sapien:
tiam, et religionem, et bonum, quem habet feruorem
erga Saluatorem, et ſponſam illius Sanctam Eccleſiam,
deuote Conceſſimus, quidquid illi, et fratribus suis con:
ceſſerat prænominatus Anteceſſor noſter. Quapropter
Auctore Deo Statuimus, ut prædictus Abbas et Succeſſo:
res sui, qui Monaſticam Religionem in monte S: Georgij
regulariter manutenent, et debitam Brixinenſi Epiſcopo
obedientiam exhibent in ſupradictis Eccleſiis curam
animarum cum Banno, et omni prælationis Jure
Sub Epiſcopo peruigili Studio Semper habeant De:
cimas a Laicorum poteſtate liberas, uel liberandas
cum Dotalibus manſis et Mancipiis, et cum omnibus
pertinentiis libere poſſideant. Decimationes etiam
de Vineis Rikke, quas præfatus anteceſſor noſter
S: Georgio conceſſerat petitione, et manu cuiusdam
Waltheri, qui eas ante poſſidebat, nos eidem Patrono
confirmamus. Superaddimus etiam iam Sæpe dicto Abbati
et suis Succeſſoribus nouam Parochiam in Valle Emaus cum
eodem Jure per omnia, quo prædictas Parochias illis stabiliuimus
cum omni decimatione de Noualibus à Lacu uſque ad Locum ubi
terminatur noſter Epiſcopatus in finibus illis. Et ut hæc omnia
per Miſericordiam Dei inconuulſa permaneant hanc cartam
inde conſcriptam Sigilli noſtri impreſſione, ſicut inferius apparet
iuſſimus inſigniri. Anno Dominicæ incarnationis M.CXXXXI.

1141

Copia Hart-
mañi confir-
mationis et
dotationis

Copia
Instrumenti Concessarum à
B. Hartmanno Episc: Brixin.
Parochiarum Vompp. Emaus
seu Behen, et sua zenfis A° 1141

Lit. A